

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Rapina h
cum fonte primo

Pauperibus non dare tulisse est et merito;
quando qui potest esurientibus subuenire,
si non pascit, extinguit.

Pudeat illis tollere quibus iubemur offerre.

Vltra omnes crudelitates est diuitem uelle fieri de exiguitate mendici.

Amentur honesta lucra, horreantur dampnosa compendia.

Nullus audeat inde tollere quod debet collecta dispergere;

addendo perdit qui retinendo collegerit

et paupertatem potius ad se trahit,

si exigencium pecunias non repellit.

Cassiodorus libro V. epistolarum.

Habeant pauperes dona regnantum:

possideant aliquid quibus nulla facultas est.

Cur aliena substantia in regali posita largitate peruaditur?

Possessio eius principis munus est.

Quemadmodum praesumat subiectus contingere

quod deo respicit humilitatem dominantis offerre?

Additur quod talibus non dare tulisse est, et merito:

quando qui potest esurientibus subuenire,

si non pascit, extinguit.

Pudeat illis tollere, quibus iubemur offerre.

Vltra omnes crudelitates est diuitem uelle fieri de exiguitate mendici.

Amentur honesta lucra, horreantur dampnosa compendia:

nullus audeat inde tollere quod possit collecta dispergere.

Addendo perdit, qui retinendo collegerit

et paupertatem potius ad se trahit,

si egentium pecunias non repellit.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, 12.13.3-4 (CCSL 96,
A.J. Fridh ed., pp.478-9, ll.26-39).